¶ Bernard⁹ in meditationibꝫ suis. Quis putas tunc meror erit. qs luctus. que tristicia cum sepabuntur impij a consortio iustoꝝ et a visio/ne dei ꝛ traditi in potestatem demonum ibunt cum ipsis in ignem eter num. ibiqꝫ semp erunt sine fine in luctu ꝛ gemitu. procul quippe a beata paradisi patria exulati cruciabunt in gehenna perpetua nunqꝫ lucē vi/suri. nunqꝫ refrigerium adepturi. Sed per milia milium annorum in in/ferno cruciandi nec inde vnqꝫ liberandi. vbi nec qui torquent aliqua n/do fatigantur. nec qui torquentur aliquando moriuntur. Nihil ibi a li/ud audietur nisi fletus ꝛ planctus gemitus ꝛ vlulatus merores et stri/dores dentium. Nihilqꝫ ibi videbitur nisi vermes et laruales facies. tortores atqꝫ teterrima monstra malignorum spirituum. Ardebūt qꝫ miseri in igne eterno in eternum ꝛ vltra. In carne cruciabūtur p ignem In spiritu p consciētie vermem. Ibi erit dolor intolerabil'. fetor incōpa

rabilis. timor horribilis. mors corpis ꝛ aĩe sine spe venie ꝛ misericor die Sicut tñ moriunt̃ vt semꝑ viuant ꝛ sic viuent vt semꝑ moriant̃. Ita aĩa peccatoris in inferno cruciabit̃ sine fine ꝓ peccatis et anima iusti pro bonis meritis in paradiso collocabitur. Nunc autem alterũ e duobus eligamus aut semꝑ cruciari cum impijs. aut ꝑpetualiter letari cuꝫ sanctis. bonum siquidem. ꝛ malum mors ꝛ vita ante nos sunt posita vt ad que voluerimus manum extendamus. Si tormenta nos terrẽt. saltem premia inuitent.

Finiunt exempla de extremo iudicio secundo nouissimorum

Sequitur Tercium nouissimoꝝ

Incipit Tercium nouissimoꝝ de inferno

Erciũ nouissimoꝝ cuiꝰ salubris recordatio a pctĩs ꝓhibet est infernus seu gehenna. Vñ narrat athanasius de sctõ anthonio heremita. Qꝫ cum dyabolus euꝫ temptaret de aliq̃ peccato ip̃e penas eterni incendij pctõ debitas rememorãs eidem apponebat. Et sic tandem vicit dyabolum ꝛ liberabat̃ a tẽptationibus ꝑmanens immunis a pctõ. Circa quã materiã inter cetera sūt tria specialiter consideranda. Primum est diuersimoda nominatio penaliũ locoꝝ. Secundũ est multimoda afflictio sodalium infernoꝝ. Tercium est varia conditio infernaliũ tormentoꝝ quoꝝ memoria valde preseruat hominem ne cadat in peccata

Qꝫ multimoda est nominatio infernalium locorum

Ex superius positis primum principaliter declarandum est diuersimoda nominatio penalium locorum. Igitur sciendum est ꝙ infernus est locus igneus ab infero, sic dictus: Nam anime reorum ibi inferuntur ad eternaliter puniendum. Unde Job septimo Qui descenderet ad infernum non ascendet. nec reuertetur vltra in domum suam. et sic infernus appellatur gehenna ignis Unde beatus Gregorius dicit in quarto dialogoꝝ. Unus q̃dem gehẽne ignis credendꝰ est sed nõ vno mõ oẽs cruciat pctõres. Unusquisq̃ eñi q̃ntuꝫ exigit culpa tñ illic recipiet de pena. Itẽ Isido. li. primo de summo bono. Ignis gehenne ꝛ lucebit miseris ad augmentũ pene vt videant vnde doleant. ꝛ nõ lucebit ad cõsolationẽ ne videant vñ gaudeant. Itẽ ibideꝫ In gehenna duplex est damnatoꝝ pena quoꝝ eñi menteꝫ affligit tristi-

cia.⁊ corpus cōburit flāma. Ignis iste gehēnalis ineffabiliter cruciat
pctōres. De qbus sic dr in ps. Cadēt sup eos carbones. in ignē deijci
es eos. in miserijs nō subsistēt Itē dn̄s in ira sua cōturbabit eos et de-
uorabit eos ignis. Quapropt̄ scribit̄ Isa. ix. Igni erit cibus. Itē Hie
re. xv. Dicit dn̄s ad dānatos. Ignis succēsus in furore meo super vos
ardebit. Iste ignis taliter inflāmatus est ⁊ ab ira iudicis succensus ꝙ
nouo incēdio nō indigebit ammodo. ⁊ vsqꝫ in sempiternū. Hinc est ꝙ
dr Job. xx. Deuorabit eos ignis qui nō succendet̄. O ꝗ̄ dure vindica
bit se tūc dn̄s de miseris pctōribus ꝯdemnatis. Vn̄ Ecci. vij. Vin-
dicta carnis impij ignis ⁊ vermis. Differt aūt ille ignis infernalis ab
isto igne naturali precipue in tribus. Primo in acerbitate. Est em̄ acer
bior qsi in infinitū: Vn̄ dixit scūs Sebastianꝰ cui angelꝰ ad aurem sta
bat. ꝙ iste ignis sensibil̄ ita se haberet ad ignē gehennalē sicut ignis in
pariete depictꝰ ad istū sensibilē. Scdo in duratione. Nā iste ignis pōt
extingui. ille vero nō. Vn̄ Isa. vltimo. Ignis eoꝝ nō extinguet̄. Item
Matth. iij. Paleas aūt cōburet igni inextinguibili. Paleas. i. peccato
res. Tercio in ꝯsumptōe. nā iste ignis pt oīa ꝯsumere. Naz ſm phm
Omīa ꝯsumit materia ignis. ille vero nō pt ꝯsumere. nec corpa nec spi-
ritus qͦs vrit. Vn̄ de pctōre cōstituto in inferno dr Job. xx. Luet om-
nia q̄ fecit. tn̄ non cōsumet̄. Hinc est ꝙ dt Crisos. in li. de repatione la-
psi. Ignis iste (q̇ in pn̄ti vita ē) ꝯsumit cuncta q̄ recipit Ille vero qͦs
suscibit sp cruciat. ⁊ pene sue sp integros reseruat. ꝓpterea ⁊ inextingui-
bilis dr. non solū qꝛ ipse nō extinguet̄. sꝫ qꝛ nec eos qͦs suscipit perimit ⁊
extinguit. Scriptura em̄ dt. Quia pctōres induent in corruptionem.
sed nō ad honorē vite. sed ad diuturnitatē supplicij ꝓfuturā. Huiꝰ aūt
pene ⁊ ignis illius potentie. nulla vox exponere ⁊ nullus sermo poterit
explicare. Ibi q̇d agemus: q̇d rn̄debimus. Nihil erit ibi nisi stridor dē-
tium nisi vlulatꝰ ⁊ fletus ⁊ seua pn̄a cessantibꝫ vndiqꝫ auxilijs ⁊ vndi
qꝫ inualescentibꝫ penis. Et ignis ille sicut nō hꝫ naturā ꝯsumendi. sic
nec illuminādi. sed est ignis obscurꝰ ⁊ flāma tenebrosa. Tercio infernꝰ
dr locus inq̇etus Vn̄ in reꝝ natura q̇dā locus sp est quietꝰ. vt superior
ps mūdi. Quidā qn̄qꝫ q̇etus ⁊ qn̄qꝫ turbatus. vt ps eiꝰ media. Sic
ꝓbabile est terciā ptem scꝫ inferiorē semp esse turbatū. ⁊ iō dr tartarus
Nam ſm papiam. Tartarus dr turbatus. Prouenit aūt inquies siue
turbatio ibi specialter ex tribꝫ. Primo ex penaꝝ varietate. sicut tp̄s dr
esse turbatū qn̄ mixtam est cum pluuia grandine niue ⁊ hmōi q̄ dicun
tur esse in inferno. Vn̄ ps. Pluit sup pctōres laqueos ignis sulphur et
spūs pcellaꝝ ps calicis coꝝ. Scdo ex ministroꝝ vexatōne. Hieremie
xvi. Seruietis dijs alienis q̄ nō dabūt vobis req̇em die ac nocte. Ter
cio ex mutuo clamore. Isa. xlv. Vos clamabitis pre dolore ⁊ p̄ contri-
tione spūs vlulabitis. Certe tūc cuilibet vlulanti et sic clamāti rn̄debit
dn̄s Hiere. xxx. Quid clamas sup cōtritōne tua insanabilis est dolor
tuus ꝓpter multitudinē iniq̇tatis tue. ꝓpter dura pctā feci hec tibi Ter
cio dr infernus locꝰ intēperatissimus. Vn̄ dr auernꝰ quasi sine vere id
est sine temperātia. nā pene nō sunt ibi in aliq̇ temperate. sed in summo
gradu ⁊ excessu maximo. Sunt em̄ ibi tenebre vltra modum excessiue

ꝓpter qḋ Matthei.xxij.dicunt tenebre exteriores. Exinde patz Exo-
di.x.caplo de tenebris palpabilibꝫ q̄ fuerūt in egypto q̄ntomagis erūt
ibi grauiores. Vn̄ Iob.xx. Omnes tenebre abscō dite st̄ in oculis eiꝰ.
Tunc pctōr dicet illud p̄s. Posuerūt me in lacu inferiori in tenebris et
in vmbra mortis. Itē Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi
et anxiatus est sup me sp̄us meus. Silr ⁊ illud lamentatōis Hieremie
iij. In tenebris collocauit me q̄si mortuos sempiternos. Itē est ibi sum
mus calor. ꝓpter qḋ dr Iob.xxiiij. Calor nimius. Et rō illius est. quia
nō exaltatur. sed inclusus est sicut calor in fornace. Vn̄ p̄s. Pones eos
vt clibanū ignis in tpe vultus tui. dn̄s in ira sua cōturbabit eos et de-
uorabit eos ignis. Ibi est summū frigus. ꝓpter quod Iob.xxiiij. Aque
illi dicunt aque niuium que pre ceteris aquaꝝ substantijs st̄ frigidio-
res. ⁊ hmōi signū ⁊ stridor dentiū est signum magni frigoris ⁊ algoris
Vn̄ fulgentius in epla. Duo sunt p̄ncipalia in inferno tormenta. s. fri
gus intolerabile. ⁊ calor ignis inextinguibilis. Et iō scribit Mat.xxij
ꝙ erit ibi fletus ⁊ stirdor dentiū. Fletꝰ nāq3 in liq̄factōe oculoꝝ de calo
re nascit. stridor vero dentium ex frigore causat. Vn̄ Iob.xxiiij. Ad ni
miū calorem trāseat ab aquis niuiū. Vn̄ in libro metrico de vita et ge-
stis alexādri. Attritus glacie niuiū de frigore trāsit ad penas. o sup-
plicium miserabile sp ⁊ nunq̄ morit quē carcer torquet auerni. Quar-
to dr infernus locus desolatissimus. Hinc est ꝙ s̄m papiā achreon vo
cat. ab a qḋ est sine ⁊ cheronta gaudiū quasi sine gaudio. ⁊ hoc quo ad
carentiā oīs boni Vn̄ ꝯmentator auerrois. ij. Poetrie. In inferno cō
tinuo est tristicia ⁊ meror sine cōsolatōne. Non em̄ h̄nt damnati retro
aliquā cōsolationē a mundo q2 non valent eis suffragia. nec desuper de
celo naz ex hoc nō fluit sup eos aliqua misericordia. nec sperāt grām de
futuro. Sic em̄ nulla erit eis redemptōis venia ⁊ sic erunt tristissimi in
desolatione sempiterna. Et ergo Sapiētie. iiij. dr ꝙ vsq3 ad supmū de-
solabunt. Vn̄ Trenoꝝ p̄mo dt aīa dānata. Posuit me desolataz tota
die merore ꝯfectā. Itē ysa.xxxiiij. Pctōr desolabit in scla sclorū. Heu
dolor o pena vach desolatio plena. Qi tormtosup h hō corde memēto

Quod multimoda est aflictio sodalium infernorum

Ordine debito nunc seq̄tur exponendū ꝙ multimoda est afflictio
sodaliū infernoꝝ. Tales em̄ sodales scz dyaboli sunt aspectu hor
ribiles. effectu crudeles ac tortores infatigabiles. Primo ḡ dico ꝙ dia
boli siue demones sunt aspectu multū horribiles. ⁊ ꝓpterea formis hor
ribilibus depingunt in ecclesijs. Vn̄ legitur ꝙ q̄dam religiosus de no-
cte in dormitorio iacens cepit terribiliter clamare. Et cū venissent ad
eum alij fratres videbāt eum fixis oculis ad parietem immobilr respi
cientē nec ad aliq̄d rn̄dentē. sed mirabili horrore concussum ⁊ timore.
Mane aūt a priore interrogatus q̄d in nocte habuisset. rn̄dit se diabo-
lum vidisse. Req̄situs cuius esset forme rn̄dit. Hanc faciliter non pos-

Occasio salutis

sim describere. sed hoc inquit dico. Si esset ex vna parte furnus ardēs et figura eius ex alia parte. magis eligerem intrare furnū q̄ꝫ videre illā horribilissimā demonis figuram. Hoc est qđ beatus Bernardus sup Psal. Qui habitat sic dicit. Quid putatis fratres. si alicui vnus ex tam multis pncipibus tenebrarum in medium nostrū irrueret in tota fe ritate sua ac tenebrosi corporis enormitate apparere liceret quis illū pos sit vel corporis sensu sustinere vel cordis. Et iō sicut in vitaspatrum legi tur ꝙ q̄dā senex dixit. Credo ꝙ si aliqͣs videret demones in ea forma qua dānati eos sunt visuri. non posset viuere. sed statim moreref. Vn̄ dt beatus Gregorius de crisorio ꝙ cum infirmaret᷑ et videret multitudi neꝫ demonū sibi astantiū. cepit altius clamare. inducias vsqꝫ mane Et cū hoc dicens verteret se huc atqꝫ illuc ne videret eos. pre nimio timore vehemētissime cōturbatus statim moriebaf. Conturbati em̄ sunt qui videbant eos et timuit omnis homo. Ecce q̄ꝫ horribiles erant in afflic tu qui taliter occidunt cum solo aspectu. Vn̄ Job. xx. Vadent et veni ent sup eos horribiles. Et hoc est qđ innuit Bern̄. vbi dt. O aīa mea quis erit tibi pauor dimissis om̄ibus. quorum tibi pn̄tia tam iocunda. tā gratus aspectus. cohabitatio tam familiaris. sola pauens ignotam in gredieris regionem. cum tibi cateruatim deterrentia illa monstra dete rima occurrent. O q̄nta erit demonū horribilitas in formis aīmaliuꝫ crudelissimorum apparentiū. Vn̄ Sap. xi. Pro eo ꝙ errantes colebāt mu tos serpentes et bestias supuacuas. immisisti eis multitudinē multoruꝫ animaliū in vindictā. vt scirent ꝙ per que peccat quis. p hec et punietur Non em̄ impossibile erat de om̄ipotenti manu tua q̄ creauit orbē terra rum ex materia inuisa immittere illis multitudinē vrsorum. aut audaces leones vel noui generis bestias ira plenas. aut vaporem igneum spiran tes. aut odorem fumi proferentes. aut horrendas ab oculis scintillas emittentes. quorum non solum lesura poterat illos exterminare. sed et as pectus p timorem occidere. Hec ibidem. Unde Job. xvi. Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. Item eiusdē vltimo. Sternutatō eius splendor ignis. et oculi eius vt palpebre diluculi. de eius lampades procedunt tede ignis succense. de naribus eius procedit fumus sicut ol le succense atqꝫ feruentis. Unde poeta refert. Sunt ibi serpētes flam mas ex ore vomentes. De flatu quorum pereunt anime miserorum. Secū do in effectu sunt crudeles. Unde Job. xvi. Collegit furorem suum in me et cōminans mihi infremuit contra me dentibus suis. Unde Psal mista. Aperuerunt sup meos suum sicut leo rapiens et rugiens. Item temptauerunt me subsannauerunt me subsannatione frenduerunt su per me dentibus suis. Unde Ecclesi. xxi. Dentes illius dentes leonis interficientis animas hominū. Hinc dicif primo Petri. v. ꝙ dyabolus tanq̄ꝫ leo rugiens circuit querens quē deuoret. In die em̄ nouissimo in uitabuntur dyaboli ad deuorandum peccatores. Isa. lvi. Omnes be stie agri et vniuerse bestie silue venite ad deuorandum peccatores. Iteꝫ Hiere. xij. Venite cōgregamini om̄es bestie terre properate ad deuorā dum. De isto refert exemplū beatus Grego. in libro dialogorum. Unde dt ꝙ erat q̄dam dorus noīe nō re sed tm̄ nomine monachus cui nimiū

graue erat si quis ꝓ salute sua ei aliq̄d loq̄retur. Nō soluȝ aūt bona nō
faceret. sed etiā nō poterat audire. Hic cū extremū ageret spm̄ ꝯuene-
runt fratres. vt egressum illiꝰ aīe orando ꝓtegerent. Tunc repēte ce-
pit eisdē fratrib; ibidē exn̄tibus acclamare nec nō magnis vocib; ora-
tiones eoꝝ interrūpe ita dicēs. Recedite recedite. ego datus suȝ dra-
coni ad deuorandū. q̄ ꝓpter vestraȝ presentiā me nō pōt deuorare. Ca-
put meū iam ore suo absorbuit date locū ne ampliꝰ me cruciet. sed faci
at qđ futuꝝ est. Si ad deuorandū ipi datus sum q̄re ꝓpter vos moras
patior. Tūc fratres ceperūt ei dicere. Quid est qđ loq̄ris. Signū san-
cte crucis tibi imp̄me. Rn̄dit ille cū magnis clamorib; dicēs Uolo me
signare. sed nō possuȝ. q꞉ squamis huiꝰ draconis stimulor ⁊ p̄mor. Cū
q; fratres hec audissent ꝓstrati in terrā cū lachrymis ceperūt ꝓ redem-
ptione illius exorare. Et ecce cepit eger subito cū magnis vocibꝰ cla-
mare dicēs. Gratias ago deo. ecce draco q̄ me ad deuorandū acceperat
orōnibus vestris expulsus est. ⁊ oīno recessit. Itē in q̄rto libro dialogo
rum refert idē Grego. aliud exemplū. Ait eīn ꝙ in ptibus yconie in q̄-
dam monasterio tongalaton noīe dr̄ accidisse ꝙ q̄dā fuit monachꝰ san
ctus reputatꝰ in ꝯspectu hoīm q̄lis nō fuerat inuētus apud deū. Naȝ
cū fratres euȝ estimabāt ieiunare. latāter cōsueuerat comedere. Hic in
agone ꝯstitutus fecit ad se fratres generaliter ꝯuocari. q̄bus ipe dixit
Ecce nūc ad deuorandū traditꝰ sum draconi. q̄ cauda sua genua mea
pedesq; meos fortiter colligauit caput vero suū in os meū mittēs spm̄
meū ebibēns extraxit. q̄bus dictis expirauit. Et sicut videt̄ sunt ver-
ba ꝯdemnati pctōris q̄ scribunt̄ Hiere. li. Comedit me. absorbuit me
sicut draco. Iste est draco magnꝰ ⁊ rufus hn̄s septē capita ⁊ decez cor-
nua in capite suo de q̄ Apocal. xij. Factū est p̄liū magnū in celo. Mi-
chael ⁊ angeli eius p̄liabant̄ cū dracone ⁊ draco pugnauit ⁊ angeli eius
et nō p̄ualuerunt. neq; locus eoꝝ inuētus est ampliꝰ in celo. Et ꝓiectꝰ
est draco ille magnꝰ serpēs antiquꝰ q̄ vocat̄ dyabolus et sathanas. q̄
seducit vniuersum orbē. Et dr̄ ibidem. Ue terre ⁊ mari. q꞉ descēdit ad
vos dyabolꝰ. Dyabolꝰ eīn zelo sis ⁊ nimis bonis inuidet q̄ conat̄ locū
eius possidere in celo de q̄ ipe miserabilr̄ ꝓiectus est in penas. Et quā
tū magis appropinq̄t dies vltima. tāto ardentiꝰ temptat ⁊ feruet inui
dia. O q̄nta erit demonū austeritas ⁊ malicia de q̄bus Bern̄. in prosa
O q̄ impij tortores. tūc torq̄bunt pctōres ⁊ terribiles vltores vindi-
cabūt malos mores. Hoꝝ aūt crudelitas ⁊ malicia diuersimode cōfor
tat̄. p̄mo q꞉ plures sunt ⁊ multi. Un̄ Psal. Multiplicati st̄ qui tribu
lant me. multi insurgūt aduersum me. Hinc est qđ dr̄ Iob. xix. Obse-
derūt in giro tabernaculū meū. Un̄ legit̄ in vitaspatrū. ꝙ q̄daȝ senex vi
dit demones circūstantes hoīes sicut apes. Et ergo dr̄ in Psal. Circū
dederūt me sic; apes. ⁊ exarcerūt sicut ignis in spinis. Scd̄o q꞉ fortes
st̄ ⁊ potētes. q꞉ apl̄s innuit ad Ephes. vi. vbi vocat eos p̄ncipes tene
braꝝ et ptātes ⁊ mūdi rectores: Et q꞉ tā potētes st̄ ⁊ tā fortes ad no
cendū. ideo dr̄ in Psal. Uim faciebant q̄ querebāt aīam meā: Et ali-
bi. Irruerunt in me fortes. De hac etiā potentia dr̄ Iob. xl. Non ē po-
testas sup terrā que cōpareturei. qui factus est vt nullū timeret Oīe

sublime videt. ⁊ ipse est rex sup oēs filios supbie. Huiusmodi aūt potē
tiam ⁊ supbiam maxime exercebunt in punitione malorum ipsos cru-
delissime affligendo. vnde Ecclesia. xxxix. Sunt spiritus qui ad vin-
dictam creati sunt. ⁊ in furore suo confirmauerunt tormenta. ⁊ in tēpe
ꝯsummationis effundēt virtutem ⁊ furorē eius q̄ fecit illos. Nā furor
illis ſm similitudinē serpentꝫ. ⁊ sicut aspidis surde obturātis aures su
as. Itē Isa. liiij. Ego creaui fabrū sufflantē in ignem prunas ⁊ pferen-
tem vas in opus suū. ⁊ ego creaui interfectorē ad dispdendū. De hoc
crudeli interfectore pctōr ꝯdemnatus sic loquit̄ Job. xvi. Circūdedit
me lanceis suis: vulnerauit lumbos meos ⁊ nō pepcit. Effudit in terra
viscera mea ꝯscidit me vulnere sup vulnꝰ irruit ī me q̄si gigas. Tercio
sūt demōes in torq̄ndo insatigabiles. vn̄ Daniel. iij. Nō cessabāt mini
stri regꝫ succēdere fornacē. Vn̄ q̄dā. Sūt ibi tortores serpētibꝫ horridi
ores. Difformes nigri. sꝫ nō ad v̄bera pigri. Nusquā lassant̄. sed sp ad
hec renouant̄. Ad mala feruētes sūt ad penasq̄ recētes. Sp tristati. sp
q̄ ferire pati. Sp inardescūt. nec cessant nec req̄escūt. Hinc ē q̄ Deut.
xxviij. cuilibet pctōri dr̄. Seruies inimico tuo quē immittet dn̄s tibi i fa-
me siti ⁊ nuditate ⁊ in oī penuria. ⁊ augebit dn̄s plagas pessimas ⁊ p-
petuas. O q̄nta erit tunc dānatorꝫ pena q̄ sine intermissiōe sp erit ꝯti-
nua. sine pace ⁊ reqe in miseria ⁊ angustia. vn̄ de pctōribꝫ dr̄ Ezech. vij
angustia supueniēte req̄rēt pacē ⁊ nō erit ꝯturbatio veniet sup ꝯturba
tionē. Itē Apoc. xiiij. Nō hn̄t reqem die ac nocte q̄ adorauerūt bestiam
⁊ imaginē eius. Tunc pctōr bn̄ posset dicere h̄ qd̄ scribit̄ Isa. xxxviij.
Nō videbo dn̄m deū in terra viuentiū. nec aspiciā hoīem vltra ⁊ habi-
tatorē q̄etis. Sil'r ⁊ illud Hiere. xv. Ve mihi misero. q̄r addidit dn̄s
dolorem dolori meo ⁊ reqem non inueni. Certe tunc ꝯuertet̄ dolor eiꝰ ī
caput eius ⁊ in verticē illius iniq̄tas eius descendet.

Q. varia est conditio penarum infernorum

Tunc restat membꝝ terciū de hac materia ptinꝰ declarādū. qd̄
est varia ꝯditio ifernaliū tormētoꝝ. Sūt em̄ pl'es ꝯditiōes spe
cialit̄ faciētes ad aggrauatōꝫ pene ifernal'. Pria est acerbitas qd̄ pꝫ ex
fletu ⁊ stridore dentiū. ex plāctu ⁊ desiderio mortꝫ. ex mādueatōe ligua
rū ⁊ blasphemia creatoris ⁊ ex multis alijs his silibꝫ q̄ oia ibidē sūt vē
tura. vt pꝫ ex locis varijs scripturarū. Apoc. xvi. Comederūt liguas
suas p̄ dolore ⁊ blasphemauerūt deū celi p doloribꝫ ⁊ vulneribus suis.
Hinc Gre. dr̄. Qd̄ hic suspicari nō potuit illic cruciatui dedit? inuenit
Itē hiero. Tāta erit i iferno vis doloris q̄ mēs ad aliud dirigi nō po
terit nisi ad qd̄ vis doloris ipellit. Dicit em̄ tunc pctōr illud Here. viij
Dolor meꝰ sup dolorē. Tāta em̄ erit acerbitas penaꝝ q̄ pctōres vita
quā oēs appetūt spreta ⁊ ꝯtēpta. mortē quā oēs fugiūt ardēti deside-
rio sepius affectabūt. vn̄ Apoc. ix. In diebꝫ illis q̄rēt hoīes mortē ⁊ n̄
inuenient eā ⁊ desiderabūt mori ⁊ fugiet mors ab eis. Acerbitatē v̄o pe
ne infernalis testat̄ dn̄s. Hiere. ix. vbi dr̄. Ego cibabo p̄p̄lm istū absin-
theo. ⁊ potū dabo eis aquā fellis. p hoc amaritudinē designans infer-

naliū tormētorum Cōsideratio hmōi acerbitatis facit q̄ndam iuuenē
delicate nutritū intrare ordinē ꝑdicatoꝝ. Quo ingresso cū q̄dā sapiēs
a parentib⁹ ei⁹ missus eēt vt ei ꝑsuaderet egressū anteq̄ ꝓfiteret̄ di. Deli
cate nutrit⁹ es. nō poteris sustinere rigorē ordinis ⁊ aspitatē. Rn̄dit iu
uenis. Ego ꝓpter h̄ ordinē intraui. qꝛ sciui me delicatū. ⁊ nihil aspitatꝫ
posse sustinere. cogitās ꝙ acerbissima pena iferni mihi itolerabilis eēt.
⁊ iō elegi poti⁹ hanc penā ordīs q̄ illā sustiere. nā sicut scriptū est Job
vi. Qui timet pruinā irruit sup eū nix. Nec etiā ꝯsideratio mouit q̄ndā
petꝝ heremitā ad mirabilē pn̄iaꝫ quā fecit. De q̄ narrat Greg. in. iiij. li
bro dyal. Ait em̄ ꝙ quidā petrus monach⁹ ex regione hibernie ort⁹ pri
usq̄ heremū peteret molestia corpis interueniēte defunctus e st. Sꝫ ꝓti
nus corpi restitut⁹ inferni supplicia atq̄ īnumera flāmaꝝ loca se vidis-
se attestabat̄. Qui etiā q̄sdā huius scl'i potētes in hmōi flāma suspēsos
se vidisse narrauit. Qui cū iam deductus esset vt in illis ipe̗ mergeret̄
subito angelū choruscī habit⁹ apparuisse fatebat̄. q̄ ipm in ignē mitti ꝓ
hibuit. q̄ etiam dixit. egredere. ⁊ qualiter tibi post hoc viuendum sit
cautissime attēde. post quā vocē excalescētib⁹ membris ab eterne mor-
tis somno euigilās. cuncta (q̄ circa eū gesta fuerāt) oīb⁹ narrauit. tan-
tisq̄ se postmodū vigilijs ⁊ ieiunijs ꝯstrixit vt iferni eū vidisse torm̄ta
ꝯstaret etiā si lingua taceret. ꝯuersatio acclamaret. Scd̄a ꝯditio est tor
mētoꝝ multiplicitas. Est em̄ penarum numerus quasi infinit⁹. Vn̄ dr̄
in ps̄. Circūdederūt me mala quoꝝ non est numer⁹. Et g̊ dr̄ Deut.
xxxij. Cōgregabo sup eos mala. ⁊ sagittas meas cōplebo in eis. Vere
scribit̄ Isa. v. Sagitte eius acute ⁊ oēs arcus eius extēti. Multas hꝫ
dn̄s sagittas in pharetra sua. q̄s nondū oēs extraxit. q̄ post finale iudi-
ciū pctōrib⁹ immittent̄. He sagitte sunt pene varie quib⁹ multiplicit̄ tūc
miseri torquebunt̄. Vn̄ dr̄ in ps̄. Sagitte potentis accute cū carboni-
bus desolatorijs. Itē dt dn̄s Deut. xxxij. Inebriabo sagittas meas
sanguine. ⁊ gladi⁹ meus deuorabit carnes. foris deuorabit eos gladi⁹
intus pauor. cōsument̄ fame ⁊ deuorabūt eos oues morsu amarissimo.
dentes bestiarū immittā in eos cum furore trahētiū sup terrā atq̄ ser-
pentiū. De hac penaꝝ multiplicitate sic dt gre. sup illud Math. viij.
eijciant̄ in tenebras exteriores. In iferno erit frigus insupabile. ignis ī
extinguibilis vmis imortalis. fetor itolerabilis. tenebre palpabiles. fla
gella cedētiū. horrida visio demonū. ꝯfusio pctōꝝ. ⁊ desperatio oim bo-
norum. Vn̄ quidā. Infernus est fouea mortifera penis oīb⁹ ⁊ miserijs
referta. Hinc dr̄ in ps̄. Pluit sup pctōres laqueos ignis sulphur ⁊ spi
ritus ꝓcellarū ps calicis eoꝝ. Et notanter dicit ps. qꝛ nō solū in dictꝫ
sꝫ nec etiā in mille ꝯsimilib⁹ possit pene integritas ꝑfecte explicari. Naꝫ
q̄cq̄d de penis hic dixerimus est tanq̄ minima ps vnius festuce respectu
magnitudinis infinite. Vt aūt hec penaꝝ multiplicitas expssius decla
ret̄. Notandū est ꝙ dānati erūt pleni miseria ⁊ dolore. habebūt em̄ fletū
in oculis, stridorē ī dentib⁹. fetorē in narib⁹. gemitū in vocib⁹. tororē in
auribus. vincula ī manib⁹ ⁊ pedib⁹. ignisq̄ ardorē ī mēbris oibus. Ec-
ce q̄ repleta est penis atq̄ plagis aīa pctōris ī inferno descendētis. Et
ergo de damnatꝫ dr̄ Eccl. xv. Tenebit eum tribulatio ⁊ angustia; val

lauit eum. Et eiusdem .xx. Omis dolor irruit sup eum. Itē dr Isa.xiij
Omē cor hois tabescet. ꝛ cōteretur tortionē ꝛ dolorē tenebit. q̄si pturiēs
dolebit vnusquisqꝫ ad pximum suum stupebit. facies cōauste vultus
eorū. vñ Baruth .vi. Nigre sunt facies eoꝝ a fumo. Nam oēs pctōres
redigētur i ollam. vt habet Joh.ij. Et dolores pturiētis veniēt ei. vt
scribit Ozee.xiij. O q̄ꝫ multa flagella pctōris. Tunc em̄ pōt dicere cū
ps. Circūdederūt me dolores mortis non tpalis sed ppetue. ꝛ picula
iferni inuenerūt me. Recte dr circum dederūt qr abissus sicut vestimē-
tum amictus eius. Nā induit maledictionē sicut vestimentū ꝛ itrauit
aqua i interiora eius. ꝛ sicut oleū in ossib9 eius fietqꝫ ei sicut vestimentū
quo opit. ꝛ sicut zona qua sp pcingit. O quale vestimentū de filis pena
rum tā multipliciū sic fortiter cōtextū qd ppetuis tpib9 nunqꝫ erit detex
endū seu etiā deponēdū. Nam funiculo eternitatꝫ erit pctōr insepabilr
colligatus. O q̄ꝫ asperū ꝛ mordosum sentitur illud tegumentum. Ip-
sum nanqꝫ est de quo scribitur ysa.xiiij. Operimentum tuum erunt ver
mes. Tam multiplicis pene cōsideratio reuocauit ip̄m dauid a morte
pcti ad pniam peragendam. Vñ dixit ad dñm. Quantas ostendisti
mihi tribulatōes multas ꝛ malas. ꝛ conuersus viuificasti me. Huius
etiam multiplicis pene consideratio mouit quendam heremitam sicut
legitur in vitaspatrum ad asperrimā pniam. quam in heremo pagebat
a quo cum quereret cur se ita interficeret. rñdit. Tot9 labor vite mee nō
est idone9 cōpari ad vnū diē tormētoꝝ q̄ pctōrib9 in futuro seculo p̄pa-
rant. Itē narrat in gestis āguloꝝ q tpe cōstantini minoris. quidam mi-
les defunctus circa annos dñi dcccvi. q̄ postmodum vite restitutus pe
nis territus quas viderat. ad heremum fugit. fecitqꝫ cellulaꝫ iuxta q̄n
dam fluuium in quo vestibus indutus sepe balneabatur. permittens
vestimenta sic ad carnem cōgelari. Postea vero balneum calidissimū i
trabat. et sic continuo fecit quousqꝫ moreret. Et cum super isto a vidē
tibus argueret. talit rñdebat. Si vidissetis q̄ ego vidi. eadē vel maio
ra mecum feceritis. Nam ꝰm greg. sup Job. Sup oīa puocat compū-
ctionē visio pene ifernalis. Tertia conditio penā gehēne aggrauans
est eternitas. vñ Sap.iiij. Illos videlicet pctōres deridebit. ꝛ erunt p9
hoc decidētes sine honore inter mortuos in ppetuū. Et Math.xxv.
Ibunt hi in suppliciū eternū. Itē Judith.xvi. Dabit dñs ignem ꝛ ver-
mem in carnē eorum. ꝛ vrant ꝛ viuant. ꝛ sentiant vsqꝫ in sempiternum
Itē dicit ysa. vltimo. Vermis eoꝝ non extinguet. Vnd dicit dñs deu
trono.xxxij. Ignis succensus est in furore meo. ꝛ ardebit vsqꝫ ad infer-
ni nouissima hoc est in ppetuū sine fine. Itē ysa.xxxiij. O quis de vobis
poterit habitare cum igne deuorante. aut q̄s habitabit ex vobis cum
ardoribus sempiternis. Et eiusdem.xxxiiij. Et terram in pice arden-
tē nocte ac die non extinguet in sempiternuꝫ. Ascendet fumus ei9 a ge
neratione ꝛ in generatōꝫ. desolabit in secula scloꝝ. vñ Apocal.xx. Di
abolus missus est i stagnū ignis ꝛ sulphuris. vbi ꝛ bestia ꝛ pseudo cru
ciabuntur nocte ac die in scla scloꝝ. Et q̄ non est inuētus in libro vite
scriptus missus est in stagnum ignis. ibi erit vmbra mortis ꝛ nullus
ordo. sed sempiternus horror inhabitat. Vt hebetur Job.x. Vnde. b.

Memoria mortis

Grego. in moral'. sic dt. Horrēdo modo erit miseris dolor cum fortitu-
dine. flāma cum obscuritate. ⁊ mors sine morte. finis sine fine. defectꝰ si-
ne defectu. Qr ibi mors sp̄ viuit. ⁊ finis sp̄ incipit. ⁊ defectꝰ deficere ne-
scit. Vñ poeta refert. Nō venit ad metas mortis miserabilis etas. Ne-
scit finiri spēꝫ videt̄ oriri Sp̄ vexādo sp̄ gemitꝰ renouando. Hinc pe-
trus blesensis in q̄dā ep̄la sic ait. Ibi nō est suppliciorum modus nec in-
termissio siue finis. Nā ibi finis sp̄ incipiet. mors non morit̄. nec defec-
tus deficiet. vt dānati hois ꝯditio sp̄ in doloris noticiā ⁊ mortis eter-
ne pabulū. miserabiliter recidiuet. Quare dr̄ in ps̄. Sicut oues in infer-
no positi sunt. mors depascet eos. Et si morte pascent̄ impij q̄d pota-
būt illi si mors est pastꝰ. q̄lis erit potus. Audi ꝓphetā. Uua eoꝝ vua
fellis ⁊ botrꝰ amarissimꝰ. fel draconū. vinū eoꝝ venenū aspidū insana-
bile. Ita scribit̄ Deutro. xxxij. O quale pctōꝝ nutrimentū. videlicꝫ mor-
tis ꝑpetue. tā crudele suppliciū viuēt tūc mortui. qr viuētes sunt mortui
Hinc est qđ Berñ. dt libro. v. de ꝯsideratione ad eugeniū papā. Hor-
reo vermē mordacē ⁊ morte viuacē. horreo incidere in manꝰ mortis vi-
uentis ⁊ vite morientis vñ Gre. Morte immortali morient̄ ipij. O de-
us eterne q̄re me posuisti ꝯtrariū tibi. ⁊ factꝰ sum mihimetipsi grauis.
Cur nō tollis pctm̄ meū. vt hoc ꝑpetuū possim euadere tormētū. O q̄ꝫ
felix ⁊ btūs qui pctōꝝ sordibꝫ nequaq̄ꝫ fuerit infectus. q̄ post mūdi gau-
dia nō abijt nec in vanitates ⁊ insanias falsas respexit. Nos aūt mise-
ri errauimus a via veritatis ⁊ iusticie lumē non illuxit nobis. lassati su-
mus in via iniquitatis ⁊ ꝑditiōis. ⁊ ambulauimus vias difficiles. vi-
as graues ⁊ inutiles. ꝑ viam aūt dñi noluimus ambualre. Vere sic dr̄
ysa. xlix. Inuacuū laborauimꝰ sine cā. ⁊ vane fortitudinē nr̄am cōsum-
psimus. Quid em̄ nobis ꝓfuit supbia. q̄d diuitiaꝝ pompa ⁊ iactantia.
q̄d p̄ciosa corpis indumēta. q̄d cōmessationes et crapule. q̄d risus ⁊ le-
ticie. quid hec oīa nobis profuerunt. in q̄bus vane ⁊ inutiliter imo poti-
us dānabiliter tp̄s nostꝝ expendimus. Prochdolor sine fructu trāsie-
rūt hec oīa tanq̄ꝫ fumꝰ seu aura matura. trāsijt qđ tp̄ale fuit. sed heu re-
mansit qđ in eternū cruciabit. Tunc dicet dñs de quolibet dānato il-
lud Job. xx. Iuxta multitudinē adinuentionū suarū sic ⁊ sustinebit Et
illud Apoc. xviij. Quantū glorificauit se ⁊ in delicijs fuit tm̄ date illi
tormentū ⁊ luctū q̄bus eternaliter sine fine torqueat̄. O quāta ē hois
demētia ꝑ delicijs aut diuitijs seu ꝓ aliqua re terrena hmōi perpetua
corpis ⁊ aīe subire tormenta. vnde Crisꝰ. in li. de repatōe lapsi sic in-
quit. Dic quanta tp̄a luxurie q̄ deliciarū spacia cōpari vis penis sem-
piternis. Centū si placet ānos delicijs demus. adde ⁊ alios centū. ad-
de ⁊ decies centū. que erit ex his ad eternitatem compensatio. Nonne
omne tempus vite huius (quo delitijs frui videmur. ⁊ indulgere libidi-
ni) quasi noctis vnius somnū ad eternitatꝫ compatione videt̄ est igitur
aliquis q̄ vt vna nocte delectabile videat somnium eternas eligat subi-
re penas. ⁊ illud ꝓ his recipe. vel pro illis istud commutare. Quid dice-
mus ad repositas penas. quid dicemus ad hoc q̄ delicie velut vmbra
transeunt. pene vero eternaliter permanent. etiam si equale tempus et
idem spaciū delicijs esset positum ⁊ pene esse ne aliquis ita stultus ⁊ de

mens vt eligeret ꝑ vna die deliciaꝝ vnū diem subire penaꝝ. cum sole-
at dolor vnius hore ⁊ ꝗlibet corpis cruciatus in obliuionē mittere ante
p̄teritum tempus in voluptate transactū. Hec oīa Crisos. vbi sup̄. O
eternū nunq̄ finē habituꝝ corpis ⁊ aīe tam grande suppliciū. O mortꝭ
ꝑpetue indicibile tormētum. Quid eīn referā de te nescio. Nō eīn pote-
ris verbis exp̄mi. nec intellectu cōcipi. nec corde ꝯprehendi. Posito eīn
ꝙ esset vnus lapis de arena coagulatꝰ ⁊ cōpactus tante q̄ntitatis sicꝫ
infra cōcauitatē octaue spere posset ꝯtineri. ⁊ ꝙ post millesies mille an-
nos ꝑ diuinā potentiā vna arenula tolleret. Et deinde post millesies
mille annos adhuc vna. ⁊ sic ꝯsiter donec totus lapis in nihilū redige-
ret nunq̄d ꝯsumpto lapide eternitas p̄dicta erit reuoluta. sic ꝙ damna-
toꝝ aīe tūc a penis liberabunt: Rn̄deo tibi et dico ꝙ ꝑpetuitas illa vix
tūc erit inchoata. Nā finiti ad infinitū nulla est ꝓportio. vt dr̄ phs. viij.
phisicoꝝ. Si eīn h̄ cognoscerēt ⁊ p̄scirēt pctōres ꝯdemnari ꝙ dicto la-
pide cōsumpto ab illis intolerabilibꝫ q̄s sustinēt inferni cruciatibꝫ debe-
rent eripi ⁊ totalr̄ liberari. miserabilr̄ sup̄ hoc redemptōnis die deberēt
sꝑperare imo q̄dammō sperādo ꝯgaudere. ex q̄ scirēt finē suoꝝ tormē-
toꝝ post innūerabiles. imo post incōprehēsibiles ⁊ infinitos fore annos
q̄uis tardissime aduentuꝝ. Illa eīn est maxīa oīm penaꝝ desolatio et
carētia oīs spei nunq̄ a penis redimi siue liberari. Nam sicut dr̄ Isa.
xxiiij. Peccator desolabit in scl̄a sclꝛoꝝ. Vn̄ dr̄ Trenoꝝ. iiij. Perijt finis
meus ⁊ spes mea a deo. Item q̄rit pctōr Hieremie. xv. Quare factus
est dolor meus ꝑpetuus ⁊ plaga mea desperabil. Sup̄ q̄ Prouerb. xi.
Sapiēs sic rn̄det. Mortuo hoīe impio nulla erit spes vltra. Intelligi-
te hec q̄ obliuiscimini deū ne infernus aliq̄n vos rapiat ⁊ nō sit q̄ eripi-
at. Ecce iam plane video ꝙ in inferno nulla redemptio pctōris. Cha-
rissime intelligis tu verbū. sapis cōsiliū de lapide sup̄ius tibi dcm̄ Dic
mihi q̄d de illo sentis. q̄d iudicas. q̄d diffinis. puto veraciter ꝙ rō non
pōt dissentire q̄nnimo vt dr̄ in rei veritate. Cogita ꝰ varias terraꝝ ꝓ-
uincias ⁊ imaginare regiones singulos. perpēde fluuios ⁊ maria mōm
mete circui ⁊ totū ꝑambula. Ascende as͡q ad celū ⁊ oīa sic transuo-
la. Iteꝝ descēde in abissum. ꝓfunditatē cōsidera. Ex q̄bus oībus q̄
celi ambitu ꝯtinent: ꝯpone lapidē. ⁊ imaginare magnitudinis eius q̄n-
titatē. q̄ cordialr̄ intelecta. Dic mihi carissime q̄d sentis tunc de lapide
imo potius quid sapis de ꝑpetuis. q̄d de infinitis peccatorum penis ⁊
morte. Estimo ꝙ taliter rn̄debis. Uere vere loq̄ nescio. Audiui ⁊ cō-
turbatus est venter meus. A voce cōtremuerūt labia mea. grandē reꝫ
intelligo. ⁊ veritatē ꝓpositā video. Vn̄ ammirari nō sufficio. ſꝫ pauore
nimio mēte cōtremesco. Nam certissime timor ⁊ tremor venerūt super
me multiplicis horroris ⁊ cōtexerūt me tenebre. Quis eīn nō metue-
ret. q̄s nō expauesceret. quis anxietate cordis penitus non deficeret. q̄
mentetenus hūc lapidē diligēter ruminaret. infinitas pctōꝝ penas me-
moriter reuouēdo. Pone ergo eum velut signaculū sup̄ cor tuuꝫ. Vade
eīn vtile est ⁊ ꝓficuū tibi hmōi lapinis nunq̄ obliuisci. q̄tenus si diuinꝰ
amor te non corripit ⁊ reuocat a malicia huiuscemodi speculū pene in-
terminabilis saltem te cohibeat aliquādo a peccatis. O graue suppli-

ciũ miserabile q̄ꝫ fugiendũ. O stigis exitũ lachrymabile quã metuẽduꝫ
Qõ stige torquet̃ sp̄ nunq̄ꝫ morie̅t. Sp̄ plectit̃ ⁊ nunq̄ꝫ finis habet̃. Ex
p̄dictis clare pꝫ ꝙ penarum incrementũ p̄ infinita scl'a nũq̄ꝫ finiet̃. Hmõi
ↄsideratio eternitatꝫ pene ĩfernalis ↄuertit fulconẽ marsiliẽsem q̄ cum
eẽt excellẽs ioculator ⁊ vanitatibꝫ mũdi dedit⁹. vna dierum cepit cogita-
re de eternitate gehẽnalis pene. ⁊ dixit in corde suo. Si tibi ꝓponeret̃ ia
cere in lecto molli ⁊ bñ strato. ita ꝙ nulla nccitate cogẽte inde recederes
h̄ nõ posses sustinere ĩ eternũ iacere ĩ tali lecto delicato. quõ g̊ poterꝫ su-
stinere sempiternã ĩfernalẽ penã. si ↄtiugat te ĩ ꝑpetuũ illã fore passurũ
Hac v̄o ↄsideratõe ꝑterrit⁹ reliq̄t oĩa ⁊ fact⁹ est monach⁹. postea ep̄s
tholosan⁹ ⁊ vir eximie sc̄titatꝫ. Itẽ ↄsideratio ꝑpetuetatꝫ pene ĩfernal̃
ↄfortat hoĩeꝫ ⁊ ĩducit ad pugnandũ ↄ̄ dyabolũ. Quis eñ ↄsiderãs ꝙ
si deuict⁹ fuerit ab eodẽ duceret̃ ad tormẽtũ sempiternũ. nõ viril̃t pu-
gnet ne vincat̃. Vñ narrat egesipp⁹ de cladibꝫ iudeorum ꝙ cũ q̄dã de so-
cijs alexãdri q̄ p̄erat magno exercitui videret ↄ̄ eũ inumerabilẽ exerci-
tũ ad bellandũ p̄patũ ⁊ sui cibũ sumerẽt ⁊ ad ↄfortatõꝫ vinũ ipse in q̄-
dã solatio q̄si iocũdo eis dixit. Prãdeamus nũc o viri strẽnui. nã apud
ĩferos sum⁹ cenaturi. Quo v̄bo sunt oẽs aĩati ad fugiendũ illã cenã ꝙ
de cunctis hostibꝫ suis honorifice triumpharũt. Itẽ a delectatõibꝫ mũ-
di retrahit̃ ⁊ auellit̃. Vñ legit̃ in vitaspatrum q̄ndã senẽ dixisse. Nutrix cũ
vultu puerũ ablectare. ⁊ a dulcedine lactis abducere ad mãmillã ponit
sinapiũ vel q̄cquid aliud amarum. qõ puer lactẽs gustans ⁊ ꝑcipiens sta
tim retrahit̃ a dulcedĩe carnis. Et sic tu iunge amaritudinẽ ꝑpetuam
inferni. delectationibus huius mundi. ⁊ proculdubio retraheris ab eis
dem. vñ Job. v. Nunquid gustare põt quis quod gustatuꝫ affert mor
tem amarissimam hoc est penam sempiternã. Ideo dicit prosper in pre
senti vita. Delitie temporalos dulces sunt. et tribulationes amare. sꝫ
quis non libenter bibit tribulationis poculum metuens ignẽ perpetuũ
gehẽne. Aut q̄s non contemnit dulcedinem seculi inhians bonis sem-
piterne vite. Unde legit̃ in legenda beati iohannis euangelis te. ꝙ qui-
dam diuites ad p̄dicationem eius conuersi oĩa reliquerũt. postea vidẽ
tes seruos suos in gl'ia mũdi ↄstitutos penituit eos sua bona reliq̄sse.
qõ btũs Iohes p̄ spm̃ intelligens. virgulas in aurũ. ⁊ silices in gẽmas
orãdo cõmutauit. sicq̄ꝫ eis oĩa restituet delicata. Postmodum quidaꝫ
iuuenis a beato Johe resuscitat⁹ narrauit eis de gl'ia quã amiserunt ⁊
de penis infernalibus que eos expectauerunt. Quibus intellectis plu-
rimi territi ⁊ aĩo ↄsternati oĩa contemnẽtes ad paupertatem pristinam
reuersi sunt. ac mundũ cum suis delicijs penitus dereliquerũt. Item ac-
cidiam ꝓfugat et repellit. Vñ legit̃ in vitas patrum ꝙ q̄dã frater dixit
seni. Pater nimium accidior sic ↄtinuo sedendo in hac cella. Senex re-
spondit. Nondũ vidisti futura tormẽta ꝑpetuo duratura. Nam si illa
in corde tuo posuisses ꝙ si cella tua vsq̄ꝫ ad colluꝫ esset vermibus reple
ta sustineres patienter ⁊ non accidiareris. Et ergo cum oportet pec-
catorem. aut eternam. aut purgatorij acerbissimam sustinere penã. vl' ĩ
p̄ñt condignã agere p̄niam q̄s non p̄eliget hic sustinere p̄niam et pati
potius q̄ꝫ ibi. nisi oĩno fuerit mente alienatus. vnde Isidor⁹ in sinodo

Occasio salutis

Intēdo aīo dolores q̄scunq̄ tormentoꝝ. q̄scunq̄ scl̄i penas. q̄scunq̄ do
loꝝ acerbitates. ꝯpara h̄ totū gehēne ⁊ leue erit om̄e qđ pateris. Itē
Ber. in ep̄la. Vigilia ames ⁊ ieiunia. manuūq̄ labores. ſꝫ hec leuia ſtꝫ
flāmas ꝑpetuas meditāti. Recordatio tenebraꝝ facit nō horrere soli-
tudinē. Si futurā de ꝟbis cogitas discussionē. nō displicebit silentium
flet⁹ ille ⁊ stridor dentiū faciles tibi reddit ⁊ culcitrā ⁊ mattā. Itē au-
gu. in ſmōe. Mens hūana mōi hui⁹ illecebris ⁊ ꝯcupiscētijs deuicta
fugit laborē. expetit voluptatē. Et vix ad hec deducit̄ vt se a ꝓoris vi
te ꝯsuetudīe excludat. Sed cū incepit cogitare iudicij necessitatē ac pe
naꝝ eternaliū crudelitatē voluntariū bellū inducit passionib⁹ motu vel
spe p̄mij vel timore supplicij vim facit ꝓstinis desiderijs. ⁊ violēter ipsa
se ipam vincere ꝯtendit. Jō dr̄ Abacuck. iij. Ingrediat̄ putredo in ossi
bus meis. vt subter me scateat tp̄e vicꝫ p̄ntis vite. ⁊ postea requiescā in
die tribulatōis. Ecce q̄ꝫ fructuosa ⁊ salubris ē meditatio pene infernal̄.
Quare scribit̄ in p̄s. Cōuertant̄ pctōres in infernū. hoc est ꝑ meditati-
tiōes illuc se trāsferant viuētes. ne postmodū illuc descēdant perpetue
moriētes. Et ḡ dicit̄ bn̄ Daniel. iij. Beatus q̄ intueris abyssos vi-
delicet ꝑ continuā ⁊ iugem memoriā interne cōtemplatōnis tormenta
infernalia cordialiter intuendo. Patꝫ ḡ sufficient̄ ꝑ ꝓdicta ꝙ multiplex
est et varia infernalis pena. et q̄ꝫ vtilis et proficua est ipsius memoria.
Et ergo. Erit homo vere q̄ cum bona possit habere. Sponte subit pe
nas infernalesq̄ cathenas. Ignib⁹ arsurus ex his nunq̄ redditur⁹.

Finit Tercium nouissimorum

Sequuntur exēpla de penis inferni Ex horologio eterne sapientie de penis inferni.

¶ Factum est autem post hec ⁊ ecce discipul⁹ cepit cogitare dies anti
quos ⁊ annos eternos in mente habere. Quandoq̄ cū profunde se col-
ligeret ⁊ a sensibilibus prout potuit intellectum subtraxisset. apparuit
in visione fidei oculis a longe quasi quedā regio vmbrosa ignota ⁊ mul
tum terribilis. Cunq̄ tremefactus quid nam hoc esset inquireret. res-
ponsum est ei. Regio hec vt vides distincta. locus est penarum futura
rum quem diuerse anime post egressum a corpore pro diuersitate culpa
rum in penam sortiuntur. quedam ad ipsarum purgationē. quedā ve
ro ad eternam damnationem ⁊ prout sibi ea tunc demōstrata fuerint.
Hec autē ⁊ his similia tam horrenda ⁊ īmania fuerint tormentoꝝ ge-
nera vt nulla sufficeret hec lingua narrare. aut nullus sensus mortaliū
posset ea plene estimare. Cum autem ad se redisset. ⁊ quasi de alio mū-
do vt sibi videbat̄ ex mortiua visionis preiacens in seipo ꝯtabuit. Que
dā aūt ex his solum fidei ꝯmunib⁹ oculis ꝯspexit. Respexit igit̄ ⁊ ecce
de ꝓdictꝭ locꝭ fetor intolerabil̄ exoriebat̄. mallei resonātes audiebāt̄ te
nebre ꝓfundissime densabāt̄. ⁊ videbāt̄ ibi facies demonū horribiles

Ibi erat plantus et gemitus ⁊ alternantia mala impios sine pietate di/
scepebant. ab aquis niuiū transibant ad calorem nimiū. Considerabat
inter hec equitatem ⁊ magnitudine iudeorum dei ⁊ inter cordis se pre/
mentes angustias, ac sudoris guttas. que ipm ex horrore visionis pene
trauerant aduertebat. qm̄ ꝑ q̄ peccauerat quis. ꝑ hec ⁊ torquebat̄. Un̄
⁊ illi q̄ in vita sua insensate ⁊ iniuste vixerant. ꝑ hec q̄ coluerunt tormen
ta respiciebant. Raptores nāqꝫ ⁊ p̄dones ac eoꝝ ꝯplices. ⁊ hi q̄ paupe
res ⁊ amicos dei dum adhuc viuerent spoliauerūt supra humanā esti/
mationem penalia. rapti violenter suspendebant̄ ⁊ ibidē torquebantur
nec tn̄ moriebant̄ sꝫ mō indicibili cruciabant̄. Nō nulli etiā q̄ sub habi/
tu agnino mētem occultauerāt leoninā q̄ velut canes rabidi suos dī ꝑ
obprobria ⁊ maledica aut ꝟba turbatia molestauerāt. ⁊ ꝯfratres suos
iniqua ꝑsecutōne leserat ibidē a canib⁹ infernalib⁹ amarissimis morsib⁹
corrodebant̄. Ite sugbi sepultura asini in inferno despectiue sepeliebant̄
⁊ tanqꝫ cadauera putrida ignita ꝓiecti obprobrio sempiterno qd̄ nūqꝫ
delebit̄ adijciebant̄. Et ꝓ glīa tp̄ali ⁊ mentis elatōe q̄ ceteros inflati ꝑ
ire ambiebant. tanta penaꝝ mole ac pondere p̄mebant̄ q̄ntū q̄s premi
possit q̄ maxiam turrim supra se haberet. Bibuli vero ⁊ crapulosi. et q̄
vētri suo seruierāt. velut lupi famelici fame incredili ac siti intolerabili
affligebant̄. cupientes guttā minimā aque frigide ꝓ refrigerio lingue
sue flāmarum incendio aduste recipe ⁊ nemo illis dabat. Sꝫ demones
tetririmi cum situlis ardentib⁹ iuxta eos stabant ⁊ potū quedā sulphu
reum plūbo liquefacto silēm nimio colore estuātem ꝑ os eoꝝ in ventrē
ꝑfusum fortiter infundebant. Luxuriosi quoqꝫ et qui in delicijs carnē
suā enutriuerunt ⁊ in obstiatione sua ꝑdurauerant a serpētib⁹ deuora/
bant̄ ⁊ a bufonibus ignitis aculeis vsqꝫ ad viscera torquebantur. Qui
carnali ac terreno amori dediti fuerant vtriusqꝫ sexus. terrā infernalem
pre dolore mordebant. qm̄ eos demones nimium affligebāt. nā spicu/
la ignea habentes ⁊ estu vehementissimo eos insequentes vulneribus
eos seuissimis repleuerunt. Sꝫ et socios in culpa socios habuerūt in pe
na. Supra modum aūt cupidi ⁊ auari ac questuarij male torquebātur
nam in foueis metallis bullientib⁹ plenis balneabantur. ⁊ exlire cupiē
tes absqꝫ misericordia reinpingebant̄. Iudicium durissimum his q̄ pre
erant fiebat fortiorib⁹ aūt fortior instabat cruciatio potētes ibi tormen
menta putiebantur potenter. O quis dicere queat q̄ntum tibi iudices
impij. rectores iniqui. clerici turpis lucri. cupidi. monachi lascivi. laici vi
olenti. mulieres ꝓcaces. saltatrices ⁊ ambiciose. ⁊ diuersi q̄qꝫ falsi xp̄ia/
ni penas varias habuere. Heu q̄ꝫ miserabiles rugitus ⁊ clamores da/
bant lamentabiles. ita vt sola visionis huius afflictio oēm penā mūdi
quodāmodo videtur. Nam et multitudo vrsorum infernaltum ⁊ au/
daces leones ⁊ noui generis animalia ira plena. ignoreqꝫ bestie vopo/
rem igneum spirantes odorem fumi proferentes et horrēdas scintillas
ab oculis emittentes morsu amarissimo eos dilaniauerunt. Tandem
multi ex his in puteum abyssi. de quo fumus horribilis et fetor intole/
rabilis exibat proijciebantur. aspectus eoꝝ velut ferrum cadens in mo
dum fauillaruꝫ exardebant. ⁊ a demonibus reimpingebantur. commā

ducantes linguas suas p̃ dolore. ⁊ blasphemabãt deũ celi pre doloribꝫ
suis ⁊ vulneribꝫ. et nõ egerũt penitẽtiã ex opibꝫ suis vinculis tenebra-
rum ⁊ longe noctis compediti. in obscuro ac tenebroso obliuionis vela-
mento tenebant. Sonitus descendẽs conturbabat eos. ⁊ ꝑsone tristes
apparẽtes pauorem eis incutiebat. nec siderum limpide flamme illũia
re poterant noctem illam horrendam. vna eñ cathena tenebrarum om-
nes colligati erant. Omnis orbis terraꝝ limpido illuminabat lumine
solis. illis aũt supposita erat grauis nox imago tenebraꝝ. Ipi aute sibi
erant grauiores tenebris fumus tormentoꝝ ipoꝝ ascensurus est in secu
la seculoꝝ. Post hec vox quedam desuper quasi tonitruũ audiebat que
insultando ⁊ quasi exprobando dicebat. Ubi nunc sunt hi qui ab ini-
cio a diebꝫ antiq̃s mundo huic toto seruierũt desiderio. qui voluptuose
